

CONSELLO DA CULTURA GALEGA  
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA

**1342, agosto, 31. Lugo**

432

*O Cabido acorda que os racioneiros perciban íntegras as distribucións de cada día e o viño.*

MADRID, *AHN*, Cód. 1042 B, fol. 81v.

In Dei nomine amen. Statuit reverendus pater ac dominus, donnus Iohannes, Dei et apostolici sedis gratia episcopus lucensis, una cum venerabili viri donni Didaco Fernandi, decano, et capitulo lucensis, qui super hoc per sonum campane ut est moris fuerunt in capitulo congregatis, quod de cetero omnes porcionarii ipsius ecclesie habeant portiones integras omnium distributionum cotidianarum et vini quod ex arrendationes et gra[...] ulterius faciendo largite, sicut canonici aniversariorum ipsius ecclesie hactenus habere consueverunt. Actum est hoc in capitulo ultima die mensis agusti, anno domini millesimo CCC°X°LII°.

Qui presentes fuerunt in dicto capitulo: donnus Didacus Fernandi, decanus; donnus Fernando de Deo, cantor; Alvarus Didaci, archidiaconus de Neyra; Petru Fernandi, archidiaconus de Sarrea; Arias Pelagii, archidiaconus de Deçon; [Petrus] Arie, scolasticus; Petrus Iacobi, iudex; Alffonsus Iohannis, thesaurarius; Andreas Petri, Velascus Petri, Velascus Didaci, Velascus Roderici, Fernandus Alffonsi, Iohannes Didaci et Iohannes Gunsalvi, canonici ecclesie supradicte.

Et ego Iohannis Gunssalvi, canonicus ac publicus in civitate et diocesis lucensis auctoritate episcopali notarius iuratus, lectioni et publicationi preffati statuti presens interfui, et ad instantiam dictorum decani et capitulo hoc statutum in presenti libro in mei presencia scribi feci et nomen et signum apposui in testimonium promissorum.(+).